



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

241. Quis scienter accessit ad consanguieam vxoris suæ, ignorabat tamen prohibitionem, & pœnam iuris, quæritur an stante dicta ignorantia, egeat dispensatione ad petendum debitum? Sed difficultas ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

fuisse Christiana.] Sic ille. Vnde dicendum est utramque sententiam esse probabilem.

RESOL. CCXXXIX.

An affinitas ex copula fornicaria contraria impedit matrimonium post Baptismum contrarium?
Ex quo inferitur, quod si quis in infidelitate fornicatus est cum Titia, postea baptizatum non prohiberi, ut in uxorem non ducat filiam, vel sororem eiusdem Titiae? Ex p.3.tr.4.Rel.261. alias 262.

Sup. hoc §. prope finem Ref. præteritæ, à vers. Ex qua, sed lege præteritæ §. per totum.

Affirmatiæ respondet Coninch de Sacram. Ad. 32.dub.4.num.5.7. & Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 10 part. 4.c.6.n.6. cum aliis, quia tunc contrahentes subduntur legibus Ecclesiæ.

1. Sed ego probabilem etiam contrariam sententiam existimo, quam tuetur Henriquez lib. 12. c. 1. n.2. & c. 3. n. 4. quem citat & sequitur Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. dis. 65. num. 10. Et ratio est, quia cum illa affinitas non sit vinculum naturale, & subinde non contrahatur tempore infidelitatis, nil est quod post Baptismum impedit matrimonium inter illum infidelem, & consanguineam mulieris ante Baptismum fornicari cognitæ.

Sup. hoc signanter in vers. not. præterita.

2. Negant igitur hi Doctores, spectato iure naturali, ullam affinitatem ex copula fornicaria contrahi. Hinc inferitur, ut ego his diebus consultus respondi, quod si quis in infidelitate fornicatus fuit cum Titia, postea baptizatum non prohiberi, ut in uxorem non ducat filiam, vel sororem eiusdem Titiae.

RESOL. CCXL.

An ex matrimonio rato, & non consummato oriatur impedimentum affinitatis, vel tantum publicæ honestatis? Ex p.6.tr.8. & Msc.3. Rel.25.

§. 1. Affirmatiæ respondet Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thoma, quest. 7. de impedimento. Matrim. dub. 11. num. 88. Nam quamus vir & femina ante consummationem matrimonij non sint una caro per communionem sanguinis: possunt tamen dici una caro, eo quod unus habeat dominium corporis alterius in ordine ad generationem. Præterea etiam ante consummationem matrimonij consanguini vnius coniugis vocant alterum affinem. Tertiæ ratione contractus matrimonialis legitimi apud gentiles oritur quedam necessitudo inter consanguineos vnius coniugis, & alterum coniugem, ut etiam docet Sanchez dis. 65. n. 6. & plures alii, quæ necessitudo non potest esse publicæ honestatis, cum ea sit introducta lege Ecclesiastica. Quartæ Doctores, qui censent iure naturæ priuignum non posse recipere nouercam in uxorem, loquuntur in genere, & intelligent etiam de ea, quæ non fuit cognita, & in eo sensu quæstio agitur à Doctribus, ergo utrique supponunt inter priuignum, & nouercam nondum cognitam oriri quandam propinquitatem iure naturæ: non est autem publicæ honestatis, cum ut dictum est, illa introducta sit lege Ecclesiastica, nec potest esse alia, quam affinitatis. Ergo, &c. Vide etiam Ioannem VVigers in suppl. 3. parti, quest. 50. cap. 5. dub. 6. n. 15. Sed his non obstantibus ego adhæro negariæ sententiæ, & puto in tali casu, ut in facti contingentia consului, oriri tantum impedimentum publicæ honestatis. Et ita tenent Doctores, quos citat & sequitur Sanchez de Matrim. tom. 2. lib. 7. dis. 64. num. 25. quibus ego addo Basilius Pontium lib. 7. cap. 35. num. 1. Bonacinam quest. 3. punct. 11. num. 9. &

punct. 12. n. 18. Gutierrez. cap. 53. n. 23. Coninch de Sacram. dis. 32. dub. 3. n. 46. & dub. 5. n. 70. Calefiliu tom. 1. tr. 10. cap. 6. num. 210. & 221. Reginaldum 10.2. lib. 3. 1. cap. 18. num. 128. Mollesium in summa, tom. 1. tract. 4. cap. 10. num. 94. & 96. Basileum in Theol. pred. verb. Matrimonium 8. n. 66. Ioannem Petit in Theol. Sacram. tr. 8. lect. 112. & alios penes ipsos. Probabo haec opinio quia affinitas non oritur ex matrimonio rato nondum consummato, sed tantum publica honestas, quia affinitas sine copula carnali configere non potest. Propinquitas enim sanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur, inquit Benedictus in cap. 27. 9.2. & nouissime declarat Pius V. in quodam Breve quod incipit, Ad Romanum: & Cardinalem Congregatio, quorum declarationes extitunt apud Rebellium n. 109. & apud Farinacum 1544. de reformat. Mairim cap. 3. in hac verba. An ex matrimonio contracto per verba de præfenti, non consummato oriatur affinitas, vel impedimentum publicæ honestatis? Responder Congregatio non est impedimentum iustitiae publicæ honestatis, nec fortius ac maius vinculum, quam impedimentum iustitiae publicæ honestatis ex sponsalibus de futuro, & hoc Concilij decretum non loquitur de hoc impedimento, sed de illo tantum ex sponsalibus de futuro, ex quibus gradus istius impedimenti colligitur, non intelligit ad secundum gradum redactus, sed utrum illos qui contrahuntur ex sponsalibus de futuro, ut per Bullam felicis recordationis Pij V. sub dat. Romæ. Hæc ibi. Ex quibus patet ex matrimonio nondum consummato affinitatem non oritur, sed publicam honestatem.

2. Dices ad præmissum nil deseruit hæc quæstio, cum sit tantum de nomine, nam utrumque impedimentum affinitatis, vel publicæ honestatis diuinum matrimonium, & ad quantum usque gradum protendit. Respondeo hanc quæstionem lati deservire pro præmissa, primò in ordine ad Datianam, que maiorem pecuniam requirit pro dispensatione impedimenti orti ex affinitate, quam ex publica honestate. Secundò deseruit hæc quæstio pro excommunicatione lata in Clement. 2nica, de consangu. vbi excommunicantur coniuges cum affinitibus, & idem secundum nostram sententiam eam non incurtere qui contraheret cum consanguineis priori sponso de præsenti non cognitæ, quia ut probauimus ex matrimonio rato non oritur affinitas.

RESOL. CCXLI.

Quis scienter accedit ad consanguineam uxori, suscipiat tamen probationem, & panem vero queratur an stante dicta ignorantia, & eas dispensatione ad petendum debitum?

Sed difficultas magis est, quando coniux habeat tantum ignorantiam solum pena impensis, violenter petatur debitum, scilicet tamen probationem est à iure?

Et an ad incurrandam excommunicationem, sufficiat, nem, interdictum, irregularitatem, inhabilitatem, &c. non sufficient, quod sciens opus est probationem, sed ut sciens de pena, idque probandi, sub pena excommunicationis, suspensionis, interdicti, irregularitatis, inhabilitatis, &c. Ex part. 3. 5. & Miles. Ref. 12.

§. 1. In tali casu posse sine dispensatione petendum. Ibitum existimo contra Cordubam in qd lib. 9. 12. art. 1. & Rodriguez in sum. tom. 1. c. 24. num. 11. & ita docet Portel. in addit. ad dubia regul. pr. Ignorancia, num. 29. Basilius Pontius de may. lib. 10. c. 1. 17. 17a.

De Sacram. Matrim. Ref. CCXLII. 483

ter pro habilitate
hic iusta di-
cenda, ad
medium §.
vlt. huius
Res.

Sup. hoc in
Ref. seq. §.
Quero etiā
& in aliis
cius annos.

Sup. conten-
to in hoc §.
pro ignoran-
ti excom-
municatio-
nis in tom.
1. Ref. 32.
& in aliis
cius primas
not. Et pro
ignorantia
suspensionis
& interdicti
ibi in dicta
Ref. §. Que
autem, & in
aliis cius an-
not. Et pro
ignorantia
irregularita-
tis in fin
praeclarai. §.
& in aliis
cius annos.
& haec om-
nia intellige
pro ignorantia
invin-
cibilis. Et si fe-
re velis quid
est senten-
dum in isto
casu, si igno-
rantia esset
vincibilis, &
crafia, lege
ibi Ref. 32.
& 34. & om-
nes alias ea-
rum annota-
tionum.

nam. 10. & Sanchez de matr. tom. 3. lib. 9. dispt. 3. 2.
num. 49. cum Henr. lib. 11. cap. 15. n. 11. vide etiam
Suarez in 3. p. tom. 3. q. 67. art. 8. §. maius vero dubium.
Sylvest. ver. matrimonium 8. q. 7. d. 2. & Paludanum in
4. dispt. 42. q. 1. art. 3. concl. 2. & haec opinio erit multū
plausibilis Confessariis sacerdotibus, qui non habent
privilegium Regulatum, vt possint dispensare cum
penitentibus incestuosis ad petendum debitum.

2. Sed difficultas magis est quando coniux ha-
bet tantum ignorantiam solius poena imposita, vi-
delicet ne petatur debitum, seit tamen prohibitum
esse à iure: & tunc etiam respondet Portel. ubi sup.
non egere dispensatione. Et ita tenet nouiss. Calistrus
Palau tom. 1. r. 2. dispt. 1. punct. 17. n. 8. in fin. & hanc
sententiam probabilem vocat Sanch. ubi sup. n. 20.
littere contraria doceat Basil. Pontius ubi sup. n. 12.

3. Notandum est etiam omnia supradicta maio-
ri ratione procedere in pena excommunicationis,
suspensionis, irregularitatis. Et idē afferit Portel ubi
sup. n. 21. ad incurram excommunicationem non
sufficere, quod sciam opus esse prohibitum ab Eccles-
ie. Ita illa, sed ut sciam de pena, idque prohiberi sub ex-
communicatione, ita de ceteris penis suspensione,
interdicto, irregularitate dicendum, quod ut incur-
rantur, non sufficit me scire opus esse prohibitum,
sed requiri ut sciam esse prohibitum sub pena sus-
pensionis, irregularitatis, inabilitatis, &c. Ita illa,
qui citat pro hac sententia Nauar. & Rodrig. quibus
adde Curiel in p. 2. q. 76. art. 4. dub. 5. Valentianum tom. 2.
dispt. 6. q. 6. punct. 1. coroll. 9. Henr. lib. 13. cap. 23. n. 2.
Suarez de cens. dispt. 4. sct. 9. n. 19. Aulam de cens. p. 2.
cap. 3. dispt. 5. dub. 7. Sayrum de cens. lib. 1. cap. 18. n. 37.
ex quibus infertur, quād frequenter Confessarii
posse ab excommunicatione laicos excusare, quo-
niam sēpe illam invincibiliter ignorant. Sanchez
vero putat hanc doctrinam procedere tantum in
excommunicatione, non autem in aliis penis. Sed tu
nostram sententiam, quam ipse in n. 21. vocat
probabilē, & illam amplectuntur Coninchi de fac.
dispt. 18. dub. 4. n. 21. Duardus in Bul. Can. lib. 1. cap. 2.
q. 5. n. 27. Bonacina de cens. dispt. 1. q. 2. punct. 1. n. 13. At
de hoc infra latius dicemus. An tamen haec omnia
vera sint, etiam quando operans laborat ignorantia
vincibili, dicendum est sequenti resolutione.

RESOL. CCXLII.

Quis gradus consanguinitatis per copulam priuet à iure petendi debitum?

*Et an coniux consentiens incestui amittat ius petendi
debitum à coniuge incestuo, qui contraxit affinitatem?*

*Et an priueto à iure petendi debitum, qui per metum
cadence in virum constantem cogitur ad copulam?*

*Et an qui contraxit affinitatem, vel cognationem cum
scientia iure, & fali, sed cum ignorantia pena pe-
tendi debitum, illam incurrat? Ex part. 11. tract. 5.
& Misc. 5. Ref. 38.*

Sup. hoc su-
pra in Ref.
237. §. 1. & 2.
Hęc difficultas procedit post Tridentinum,
a quo affinitas dirimens matrimonium con-
tra hunc restricta fuit ad secundum usque gradum
ex copula fornicaria; quæ olim extendebat usque
ad quartum. Et illam teneret doctissimus Magister
Ioannes de S. Thoma, olim Confessarius magni Re-
gis nostri Philippi IV. & primarius Professor in
Theologia celeberrima Academia Complutensis, in
explicat. Doctr. Christiana, fol. mibi 156. Et ratio est,
quia Tridentinum affinitatem ortam ex copula for-
nicaria restrinxit ad primum, & secundum gradum,
ad eum tantum effectum, vt non impedit, neque di-

Tom. II.

rimat matrimonium, vt Pius V. declarauit; non adi-
tem vt non impedit debiti petitionem, quia haec di-
stincta est à matrimonio, & matrimonij tantum fit
mentio in Tridentino, & non petitionis debiti. Igitur
tanquam casus omisssus manet in dispositione iuris
communis.

2. Verum his non obstantibus ego contrarie
sententia adhæco. Dico igitur copulam habitan-
cum consanguineis alterius coniugis in tertio, &
quarto gradu non impedit debiti exactiōne. Ita
Nau. lib. 4. c. 6. s. 1. & alij quos referunt,
& sequitur Sanchez lib. 9. dispt. 27. n. 14. Basili. Ponce
lib. 7. c. 33. n. 6. Henr. lib. 11. cap. 15. Hurtado dispt. 10.
diff. 7. n. 2. o. & communiter DD. Ratio à priori est,
quia affinitas non impedit, nec dirimit matrimonium, nisi
ob copulam ad quam ordinatur, quia est inde-
cens inter affines: ergo eo ipso, quod dicta affinitas
restricta est post Tridentinum, vt non impedit, ne-
que dirimit matrimonium, nisi in primo, & secundo
gradu, etiam censetur restricta, vt non impedit peti-
tionem copula, nisi in eisdem gradibus. Vnde hac
de causa diximus fornicationem cum affine ex
copula illicita in tertio, & quarto gradu non esse ince-
stum, quia fornicatio cum affine in his gradibus
non habet speciem malitiam irreverentiae, seu in-
cestus iure naturali, vt liquet, neque iure Ecclesiasti-
co, quia ius Ecclesiasticum prohibens hanc copula-
lam intuitu reuerentiae conferendas affinitibus, cessauit
cessante prohibitione matrimonij, quod soluni
prohibebatur ob indecētiam copula inter illos. Igitur
quānus petere debitum sit distinctum à contra-
etu matrimonij; eo tamen ipso, quod affinitas non
obstat contractui, neque obstat petitioni debiti.
Firmo. Nam accessorium matrimonio est copulatio
go sequi debet naturam principalis, iuxta regulam
illam 42. reg. iur. in 6. Ergo si matrimonium in tertio
& quarto est licitum omnino, ac omni vacat impe-
dimento, & copula etiam erit omnino licta.

3. Verum quid dicendum, an coniux conser-
tientis incestui amittat ius petendi à coniuge ince-
stuo, qui contraxit affinitatem? Non consentiant
Doctores. Affinitas Sanchez supr. n. 3. & Basilius
lib. 10. cap. 7. & alij apud citatos, idemque dicendum
est de impedimento cogitationis spiritualis.

4. Probatur, quia affinitas ab altero iniquè con-
tracta disponit ius, vt coniuges ad continentiam ser-
vandam mouentur, quod si nolit innocens, iubet
vt sibi debito reddatur, ne absque culpa sua priue-
tur iure suo, cum iniquitatis participes non fuerit.
Hinc autem colligitur à contrario sensu, vt vbi aliis
coniux reus est culpa, ac participes iniquæ contra-
ctionis affinitatis, amittat ius debiti exigendi. Ni-
hilominus tamen standum nostro dico, tum quia
id nullo iure statuitur, vt est manifestum; tum quia
argumentum à contrario sensu ex quo illud infer-
unt, est omnino efficax, saltem ad inferendam pen-
nam, quæ cum sit odiosa, est strictè intelligenda, &
non est extendenda. Nihilominus ego oppositum
teneo, quod docet Ochagavia tom. 5. queſt. 5. Hurtado
dispt. 10. difficult. 7. num. 22. d. 5. sct. 2. num. 5. Quia
si textus expendantur, nullo iure certo statuitur
expresse: quānus enim dicit. cap. discretionem, de
eo qui cognitis consanguineis, dicatur coniugeni in-
nocentem non debere suo iure priuari, non licet à
contrario sensu inferre, quod si nocens sit non qui-
dem incestuose adulterando, sed consentiendo in
incestum, & adulterium sui coniugis debet eo ipso
iure suo priuari, tale enim argumentum est à con-
trario sensu, quod non est efficax in iure, maximè
ad inducendam penam, & impedimentum. Accedit
quod crimen commissum à consentiente, propriè
loquendo non est ipsummet crimen primatum, &

S. 2 pro